

Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1620

Feria VI. Post Domin[icam] Passionis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56314](#)

FERIA. VI. POST DOMIN.
PASSIONIS.

Partitio.

- I. De prauorum fugienda societate.
 II. De concilio ipso.
 III. Dere bona male consultata.
 IV. De consilio bono imprudenter dato, ac necessario.

Collegunt Pontifices & Pharisai concilium aduersus Iesum. Ioan. 11..

FIG V R A.

CVM Jacob Patriarchæ filii immortale
Gen. 11. paulatim aduersus Iosephum fratrem
odium conceperint, tandem deliberata sententia eum interficere decreuerunt, inquit, vi-
tameius coacto concilio conspirauerent. Eui-
dens hoc fuit figura historiæ, quam Eu-
angelium hodiernum repræsentat. Videmus
enim hic posteros Jacob Scribas sc. & Phari-
sæos, diu in concilio aduersus Iesum (qui frater
eorum secundum carnem erat) odio conce-
pro in vitam eius conspirantes, & nefarium
concilium cogentes, ut eum comprehendant,
& cruci affixum mori cogant. O nefandum
concilium! tanta congregacionem!
Erit hoo hodiernæ concionis materia: Tu
meus director & conductor es tu, Spiritus
paraclete, & tu patrona mea, Virgo glorio-
fissima, cui in hac rem salutationem Ange-
licam offeramus:

AVE MARIA.

L.
Pili. Themistocles Atheniensium dux cum
prædium venale proponeret, publica præ-
conis voce denuntiari iussit, in bona vicinia
idipsum situm esse, ratus, magnum hoc ad
agri commendationem momentum affer-
re. Factum hoc Ethnici viri nos admonet,
quam sint societes bonorum exoptandæ,
Improbos & quam sint è contra improborum detestan-
rum con- dæ. Insinuauit hoc P̄almista, cum hinc car-
fortia esse minum suorum exordium sumiserit: Bea-
vitanda. *tus vir qui non abiit in consilio impiorum: & A-*
postolus, qui Corinthios idipsum monebat,

dicens: *Non commiseamini fornicariū, & cum eiusmodi nec cibum sumite, an nescitis quod mo- dicum fermentum totam massam corrumpit.*

Prudens illa ac proba Sara, Abrahæ vxor,
cum videret Isaac filium suum Ismaelis con-
sortio depravari, & ab eo ad idolatriam
pertrahi, domo illum exegit, dicens coniugi:
Ejice ancillam & filium eius. Vnde diserte pos-
sumus, impiorum improborumque consor-
tia, esse velis remisque fugienda, & procul à
domo eliminanda.

Si enim cum pestis in ciuitatibus vicinis
graffatur, vrbes à contagio adhuc immunes,
omni ratione aduigilant, ne quis è ciuitati-
bus peste infectis ad se diuerrat, ne nimis
contagio serpat latius, & lues similiter eas
cum cæteris depascat: *Quid animam in gra-*

ta Dei constitutam facere par est, aut quas
eam excubias agere, ne peccatores tot sceleri-
bus inquinati, ac tetur spirantes halitum,
ad se accedant, suaque nefaria consuetudine
se quoque corrumpant?

Apes cum pluia & imbræ ingruunt, &
hyems desævit, in fauis suis delitescunt; ti-
ment enim ne, si foras egreditur, ventus
vehementior transuersas abripiat, aut ipsæ
imbræ suffocentur, aut aliquod propter tem-
poris iniuriam, in eodemmodo patientur. Di-
llicant hinc, qui amore Dei tanguntur, & salu-
ti animæ inuigilant, dum gravior scelerum
tempestas ingruit, ac vitiorum pestilens au-
ra omnia circumquaque afflat; in fauis hu-
militatis ac timoris Dei delitescere, impro-
borumque societas fugere, ne aut ventus
superbiæ eos aliunde abripiat, aut avaritia
frigus adurat, aut libidinum imbræ suffo-
cent. Expertus id erat David ex elemas: *Elo- Psal. 54.*

In veteri lege præcepérat Deus, ut lepra
infecti procul à ceterorum hominum con-
sortio agerent, cuius rei exemplum in Euan-
gelio legimus; decem enim leprosis Domi-
no occurrentibus, nullus eorum ausus fuit
accedere, sed à longe sternerunt. Quid spe-
ctasse Deum putatis, cum huiusmodi leges
ferret? aliud sane nihil, quam ut demonstra-
ret peccantiū consuetudinem esse deuitan-
dam, qui spirituali quadā lepra infecti sunt,
quæ longe periculosior est lepra corporali.

O o o 3 Hinc

Hinc pium regem Isaphat grauiter à Propheta reprehēculum lego, quod copias tuas
1. Paral. 19. cum copiis impij Achab contulisset: *Cui occurrit tehu filius eianus, Vident, & ait ad eum: Impio prebes auxilium, & his qui odere si Domnum amicitia ēungeris: & idcirco iram quidem Domini merebaris.* An non hinc disceste polysimus, non esse cum improbis societatem aut amicitiam incundam?

Exod. 34. At nondum hic quiescimus: producemus & alios conceptus prioribus non inferiores. Vetus olim Deus & quidem grauissime, ac filij Israēl nuptias cum alienigenis & gentibus inirent, aut alienigenis filias Iraelitides copulari sinerent: *Non accipies uxorem de filiabus eorum filiu tuus, ne faciant fornicari filios tuos in deos suos.* Prohibebat præterea Dominus, ne vnum cum gentibus Hebrei haberent commercium, sed quantum possent, ab iis se se iungenter: *Cave ne unquam cum habitatoribus terra illius tangas amicis, que sint tibi in ruinam.* Designare volebas Domine, quantum ab improborum consortio conseruandineque periculi immunecat.

Gen. 6. O improborum consortia, quantum periculi animabus exitiique affertis! Nec alia crediderim de causa Deum diluvio terræ superficiem cooperuisse, quam quod filii Seth, quos Sacra Scriptura, propter sanctam probamq; conuerlationem, Angelos nominat, filias Cain hominis nequissimi sibi matrimonio copularent, atque ita Princeps Apostolorum Petrus, militibus se adiungens, blasphemator factus est, & dilectissimum magistrum nefarie negauit, ac grauissimorum se facinorum reum constituit.

Ion. 2. O pestiferas & infelices sociates, & contagiosa commercia! propter Ionæ societatem nauarchus, & nautæ in vita discriminè versabantur. Vnicus Iudas in causa fuit, cæteri ut Apostoli submersione timerent, & ad Dominum clamarent, pauidi & formidantes: pie namque creditur, propter sceleratissimum illum mortalium Iudam, gravem illam tempestatem, quæ cæteris Apostolis timorem incuriebat, esse concitatam. Vnieus quoque David in causa fuit, ut se pnuagata hominum millia peste perierint;

Matth. 8.

2. Reg. 14.

nisi enim ille peccasset, populo Deus lucem non immisisset. Vnicus rebellis, & refractorius Absalom duodecim hominum millia ^{2. Reg. 14.} aduersus mitissimum regem concitauit, belloque rem committere ausos in perniciem & mortem attraxit. At relictis exemplis hinc Veteris Testamenti, aliud recentius vobis ob oculos proponam, quo simile videlicet vos vel audiuisse non possum. Vide namque in Euangeliō hodierno, ut Caiphas magnus illum Synedrion nequitia sua & impiate peruerat, Synagogam consiliis influiat, Scribas, Phariseos, omnes seniores, legisque doctores in partes suas trahantia que lentiātiam pertractos, in mortem innocentissimi Iesu Christi coniurare compellat: *Collegunt Pontifices & Pharisei consilium aduersus Iesum.* De nefario hoc concilio in primis loquendum est, ac deinde quid in eo constitutum & conclūlum sit, videbis.

Quod ad primum igitur, refert Euangeliū, Pontifices & Phariseos, intiditatiñ, statim à miraculo a mortuis excitati Lazarī, quo omnes Dominus in sui admirationem rapuerat, aduersus eum conspirasse, coactoque concilio in eius mortem nerari coniurasse. Consuetudinem quando tuum hic dero, diabolo, tuum hic opus anima & intucor, tuasque technas: cum enim vides peccato peccatores firmiter secum statuisse, lanta eximere quadam penitentia ad Deum, a quo pectora iam recesserant, conuersti; furias statim tuas ad consilium eogis excitas tentationes, prauos affectus producis, milleque impedimenta opponis, quo sanctam illam modum voluntatem aut ad nihilum redigas, aut saltē infringas & imminuas. Vide, cum totam hodie ciuitatem Ierosolymitanam ingenti hoc miraculo à Christo patrato commoratam videoas, ita ut omnes cum honorare, colere, adorare, verumque Messiam in lege promissum credere constituant; omnes undeque improbos & sceleratos conuocas, nefarium & pestilens concilium cogis, tum ut præclaris huius miraculi famam aboleas, aut saltē obscures; tum vero ut vitæ auctori, vitam etiæ.

Statim

Gen. 11.
figura.

M. 14.
Statim ut Jacob Patriarcha conuasari o-
mnibus se in viam dedit, ut in Melopora-
miam terram patrum suorum reuerteretur,
& gentilium regionem relinquere; ecce
continuo Laban, multo stipatus comitatu-
m, iraque exastuans fugientem insequitur, ut
comprehensum interficiat. Exp̄imis tu, ô
Laban, nefarium dæmonum agendi mo-
dum, qui, cum peccatores captiuitate eo-
rum te eripere velle vident, ut libertatem
consequi, & retro ad cœlestem patriam cal-
le tendere valeant, se itineri quoque accin-
gunt, arma præparant, furiarum suarum co-
hortes ferruminant, ut fugientes fiant, &
ad peccati regionem, è qua ultro egredie-
bantur, obtorto collo etiam inuitos redu-
cant.

Cum impius ille tyrannus Pharaon; He-
breos iugos sese captiuitatis eximere, Ægyptumque deserere velle inaudisset, ut Deo
faciticia more patrio offerrent; statim il-
los vexauit, nouis oneribus grauauit, quo-
tidianumque pensum adauxit. Ut hinc dis-
ceremus, diabolus, infernale illum ty-
rannum, ut plurimum, cum peccatorum
Ægypto egredi constituiimus, nobis impe-
dimento esse, vexare, nouisq; nos oneribus
aggravare.

Scriptum est in Esdra, Iudæis è captiu-
tate reuersi, & templi fabricam restaurare
incipientibus, vicinas & conterminas na-
tiones, & gentes in circuitu positas insurre-
xisse, templi fabricam impeditare conaras.
Docemur hic, nullum omnino à nobis bo-
num opus inchoari, quin dæmones & om-
nes infernales furiae totis viribus oppo-
nant: & cum reuersi è captiuitate peccato-
rum, ad quod per sanctam confessionem
peruenimus, egregium conuerzionis tem-
plum construere nobiscum firmiter propo-
nimus; tum diabolus & omnes furias eius,
omni ratione conatus nostris resistere &
aduersari. Et tane video vix dum nato Do-
mino, Herodem & omnem Ierosolymam
cum illo turbari, & nefarium tyrannum in
mottem pueruli conspirare. Quid hæc de-
notant Auditores? nisi, Dominum nostrum
Iesum Christum in anima spiritualiter per
gratiam nix natum esse, quia tartarus Ita-

tim & omnis tartarea potestas aduersus eum
commotetur, satanaque nefarius ille ty-
rannus in salutē eius conspiret. Videte quo-
que, ut hodie, populo Christi miraculis de-
linito, ei adhæscere proponente, Synago-
ga, ut tam pio operi impedimentum ali-
quod opponat, eorumque voluntates aliò
dinat, concilium cogat, & comitia cele-
bret: Collegerunt Pontifices & Pharisei concil-
lum.

O pestilens & nefarium concilium! tu sc-
es impia illa congregatio, quam toties in
Prophetici oraculis expressam legimus, ut
in primis illis verbis Psalmista: Asisterunt re-
ges terra, & principes conuenerunt in unum ad-
uersus Dominum. & aduersus Christum eis &
Salomonis: Circumueniamus iustum; quoniam
contrarius est operibus nostris & improperat no-
bis peccata legis, & filium Dei nominat. & Ie-
remia: Cogitauerunt super me consilium dicen-
tes: Eradamus eum de terra viuentium, & no-
men eius non memoretur amplius. Omnes deni-
que Prophetæ de hoc vaticinati sunt. Pestil-
ens igitur & detestandum plane concilia-
bulum fuit, quod in Dominum Iesum cudi-
tur, & in quo de vita Filio Dei vñigenito cri-
pienda trahatur.

Anne patieris Caipha, infande, nefande,
improbæ princeps, totius Synagogæ caput,
magnæ Pharisæorum magister, & sacerdo-
tum omnium Pontifex, tam nefarium ut in
Iudæa cōcilium cogatur, & in urbe quidem
regia & sancta Ierusalem: Quid? Tantane
tua erit impudentia, ne dicam audacia, ut
huius nefarii conciliæ auctor existas, tamque
perniciofam & detestabilem synodum cogi-
iusseras? Anne Caipham hocce agere: sum-
mum Pontificem hoc attentare, suiq; adeo
obliuisci? tunc futurus es ille proditor, ille
ingratus, ille perfidus Achitophel, qui cum
omnia Davidis negotia tractaret, regnique
consilia nossæ, Abiathore eiusque sequacib.
persuasit, ut seditionem cōcitarent, armiq; super ne-
aduersus Principem & Regem clementissi-
mū sument: & tu, cum sis fidelium omniū
cilio Cai-
confilium, synagogæ caput, & totius status
phæ.
Iesu Christi in lege Mosaica superintendēs
existas; adeone hodie ingratus, perfidus,
& sceleratus eris, ut omnes Iudæos, ut
Absa-

2. Reg. 4:

Absalomum Achitophel, ad arma concites & commoucas, quo aduersus Principem, Messiam & Deum suum scelerate conspirent? Tunc futurus es superbus ille, inuidus, & ambitione tuuens Aman, qui Assueru consilium dedit, miserum ut Mardonchæum è vita tolleret: tunc superbe Pontifex, summus aulæ vertex, princeps & caput Synagogæ cum fies, Iudæis suades, ut Iesum, qui verus Mardonchæus est, ad necem depofcant? anne deterius aliquod reperire consilium posse, anne pestilentius, anne etiam exitiosius?

Matt. 14.

Nefarium, fareor, fuit Herodiadis consilium, quando filia sua fuit, ut Ioannis Baptista caput in disco postularetur. At tuum ô Caipha, consilium centuplo derestabilius est, quando populo persuades Iudaico, ut Christi Domini caput sibi iradi postulet.

Congregauunt Pontifices & Pharisei concilium. Heu quo nefanda concilia, quo infandæ conspirationes, quo coniuraciones aduersus benignissimum Redemptorem coguntur! vix namque creati erant Angeli, & ecce statim eorum Pontifices collegerunt concilium: quin ecce statim Caiphas Lucifer inquam, Angelicæ Synagogæ Princeps tertiarum Angelorum parti consuluit, ut aduersus diuinitatem consiperarent. Factum est prælium magnum in celo. Vix erat homo in terrestri etiam paradiſo constitutus, quin ecce statim Principes collegerint cœciliū: quin Satan, Adam & Eva congregentur, conciliū incant, in quo de diuinitate disceptetur, Eruus sicne dicit.

Quid addam amplius: dicam te, ô Pater æterne, & te, ô gloriose & sancte Spiritus, vos Principes æterni, Sanctissimæ Trinitatis personæ, ab æterno concilio aduersus Redemptorem meum coegisse: ut eum innocenti morti adiudicaretis: vos etenim illi Principes estis, de quibus olim Psalmographus astuerunt Reges terre, & Principes conuenierunt in unum aduersus Dominum & aduersus Christum eius.

III.
Pia mediatio quo id condē-

Nulla igitur datur effugii via, mihi Redemptori, te mori necesse est, non est quod dicas amplius, Traileat à me calix iste. Ita namque in arcano SS. Trinitatis concilio constitutum

est, in quo iam à longo tempore morti adiuvationem dicatus es, & vterius non appellasti. Causa Christi tua in duobus summis conciliis, in concilio scilicet Diminutatis, & in foro humano in cœlo nempe, & in terra, examinata fuit, discussa, & peracta, & vtrōque mortis sententia in terra fuit. Verum quanam potissimum de causa vos ô consiliarii æterni, vos iudices omnium iudicium supremi, quale Curie, quo iure, aut quomodo Messiam meum stusabitis tam atroci & truculentæ addicatis? maius. Audite queso, quid ad hæc respondeant, nitate Expedi ut unus homo moriatur pro populo, le- moritur inquam Christus, Deus simul & homo; adjudicatur mundus ratione quadam inaudita, propria tamen & conuenientissima, redimatur; quo euidentius Dei erga homines amor appearat, ut scilicet homines ab homine in extium perduci, per hominem restaurentur.

Vos vero Pharisei, Pontifices, tuque im- Cur Cai primis Caipha quam mortis causam affer- phas Cai tis, & quod ius prætenditis, quam æquitatem sti dignis deponitis, aut qua via ad tam crudelē & mortis cruentam sententiam ferendam proceditis? dicauit. Audite, obsecro, eorum leges & iura, inuidiam inquam potius & furores: Quid faci- mus, quia hic homo multa signa fecit? quod miracula edat, animas ad bonam frugem conuertat, quod mortuos excite: atq; hoc fundamentum fuit tam iniquæ sententiaz ferendar.

O iudices iniquissimos, ô iudices affectibus in transuersum actos! Caipha, cum ait, Hic homo, si scires quis hic homo fore, nunquam eum morti adiudicares. Homo quippe hic, simul & Deus est; homo hic multa olim signa fecit, tot prodigia in Egypto, tot mirabilia in mari Rubro, tot miracula in deserto. Homo hic simul Deus & homo est, qui descendens aliquando ē cœlo in terram, ē Ierusalem in Iericho, incidit in manus Iudeorum, qui instar latronum eum despoliauerunt, sauciauerunt, & mortuo eo in crucis arbore derelicto, abierunt. Est demique ille homo, qui tot miracula edidit in incarnatione sua, quando nimirum duas naturas in una eademque hypostasi combinauit; tot signa in nativitate, tot prodigia in vita

Psal. 1.

Egregius
coepimus

in vita; & in cuius morte tot quoque mirabilia videbitis. Facit namque moriens sollem deliquium pati, terram tremere, petras diffundi, lepulchra quoque reserabit. Homo denique est omnium rerum peritissimus. Verum quid deinde in hocce concilio als. o Caiphæ? *Vos nescitis quidquam.* Quid cogitatis viri, quid dicitis? necesse est ut homo hic de medio auferatur, res nostræ alioquin pessimo loco futura sunt. Nisi enim remedium aliquod in tempore adhibeamus, venient Romani & auferent locum nostrum, urbemque nostram euertentes, omnes nos dispoliabunt; quare expedit, ut unus homo pro omni populo moriatur potius quam tota gens misere pereat. Nautæ qui Ionam vehebant, si forte meministis, cum grauis tempestas incidisset, ut se suaque conferuerant, ionam in mare deiecerunt, cuius mors illis vicam peperit: illo namque submerso, rediit serenitas & malacia. Similem hodie quoque tempestatem impendere nobis à Romanis videmus; necesse est igitur, ut hominē hunc in mare passionis præcipitem iaciamus, quo eius nos mors morte eripiat, & vitam nobis salutemque conferat.

LN.3. IV. *Aa non magnum Gerasenorum dementia argumentum fuit, Christum à finibus suis pelere, ne porcos perderent?* Non minor, mihi credite, Caiphæ huius democia est, Christum ipsum perdere molieris, quod timeret ne in Roma orum manus ciues incidenterent.

Vos nescitis quidquam: Nescitis, quantum in hac re pondus & momentum consistat: nescitis quantum huiusc rei intersit, ab ea nempe omnis nostra salus, fortuna, aræ, foecique dependent; salus inquam, vel ruina, omne nostrum commodum, aut incommodeum. O superbientem superbi hominis orationem, o verba tumore & arrogantia plenissima! Potens ille Persarum Rex Xerxes, cum quodam tempore comitia regni indixisset, in quibus de bello Græcis inferendo disceptraretur, hac principes oratione est allocutus. *Ne videar meo tantum usui consiliosus contraxi: ceterum scitote parendum vobis magis quam suadendum.* Notate effrenatam hominis arrogiam, & intollerabilem

Tom. I. Bessa Quadrage.

præsumptionem. Eadem mihi hic ostendere videtur Caiphæ, quin etiam adhuc maiorem, dicens: *Vos nescitis quidquam:* Necesse est ut unus pro omnium salute moriatur; nulla alioquin securitatis spes effulget. Eisdem verbis Saalem usum cum filio suo ^{I. Reg. 20.} Ionatha apparet, *Quamdiu vixerit filius Isai super terram, non stabilierit tu, neque regnum tuum.* Itaque iam mitte, & adiuv eum ad me, quia filius moria est. Verba porro Saulis, Caiphæ visus est repetuisse dicens; *Quamdiu vixerit homo ille, principes & seniores, nunquam synagoga nostra stabilietur; nisi ille moriatur res nostra non succedent, sed pessum ibunt.* Eia igitur moriatur, inuadamus eum, & eradamus eum de terra viuentium. *Expedit namq; ut unus homo moriatur pro populo.* Quare obsecro magne Pontifex? Ne sci- licet, inquit, res nostræ dilabatur ac pessum eant, morte innocens est condemnandus. Quam perperam concludis, quam parum dialecticus es: at longe aliter quam destinasti & concepisti euenerit. Christi namque mors erit & vestra, illo occidente, vos, regnum & respubl. vestra extinguetur & oc- cumbet. Timeo enim ne idem vobis euenerit, quod olim Regi Ieroboam, qui cum viruloso exco exesisset, variaque idola per regnum adorari præcepisset, ratus id ad regnum stabiliendum non parum momenti allaturum; nesciuit se sibi, filiis familiae, acq; adeo vniuerso regno perniciem & exitium intulisse.

Pharaon Ægypti Tyrannus, ratus Hebræorum primogenitorum nece regnum stabi- liendum, tantum absuit, ut voti compos fa- cetus fuerit; ut potius diabolicum hoc com- mentum & pestilens consilium, regni exi- tium fuerit, & se suaque euenterit: cum enim omnes Hebræorum masculos in profluen- tem proici mandasset, ipsem cum toto exercitu ab uno Hebreo rubri maris gurgi- te absorptus fuit. Eadem vobis, mihi credi- te, fortuna impendet, Iudæi: dicit o Caiphæ iudex inique, expedire ut unus pro populo toto moriatur, sed adeone Deum mundo huic noxiuam censes, ut eum mundo pellere decreueris? Cum Elisæus Propheta iam in ^{3. Reg. 13.}

Ppp extre-

CONCEPTVS THEOLOGICI

extremis ageret. Rex Ios pedibus eius aduolutus lachrimabatur & clamabat dicens: *Pater mihi currus Israël & auriga es tu*: quasi regnum à morte eius neminem esset habitatum, cui tuto, ut Elisæo confueuerat, credi posset. Laban etiam auditio Iacob, relicta Mesopotamia, in patrium solum rediisse, consternatus fuit, & tantum non exanimatus, ob decessum scilicet eius qui tanta sedulitate & cura oves suas pauerat, ita ut in infinitū crescerent. Te vero Caipha, omni barbarie barbarior, non pudet aut piget, è medio tollere, morti adiudicare, non dico Eli-sæum aut Iacob; sed filium Dei vnigenitum, quo sublato quænam calamitas synagogæ vestræque reip. impendet? Nesciebat olim Samson, se à spiritu Dei esse derelictum: artem demum agnouit, licet serius, cum Philisthæorū carceribus traditus vidit. Ita quanto tu Caipha, & vos Iudei, nescitis quid sit Deo esse destitutum: scieris autē postea, cum venerant Romani, & cinxerint muros vestros, & omnem posteritatem vestram cum tota gente vestra cuerterint. *Expedi ut unus homo moriatur*. O tristem nuntium! ecce sententia mortis in Messiam lata. Quis ei suggeret, ut se subripiat, ut alio appelleret, ut se in tuto colloret? Cum Esau aduersus fratrem Jacob cōspirasset, statim tu ei Rebecca suggestisti ut fugeret. *Ecce Esau frater tuus minatur ut occidat te*. Aperit Chausai Davidi Regi omnia consilia, & quidquid in castris Absalom gereretur, & cheu! nemo Salvatori meo vel minimū suggesterit: nemo ei nefarium hoc consilium, hanc impiam coniurationem detegit. Quid hic agitis ò Nathanael, Gamaliel, Ioseph ab Arimathia? cur præceptoris & Domini vestri patrocinium non suscipitis, aut cur saltēm dissoluto concilio, ei non suggesteritis, sibi ut caueat, tanta taliaque in caput illius eudi? Nequaquam, *Expedi ut unus homo moriatur pro populo*. Est tamen hic aliquid quod in te laudem ò Caipha: nunquā, mihi crede melius rem acu tetigisti: prophetizas, & verum dicas, nescis tamen. Nam cum plurima Deus media nosset quib. humano generi ob peccatum perditō posset succurrere, Filii tamē sui passionem hic potissimum adhibere vo-

luit, quo nullum aut melius aut conuenientius tum ad naturam humanam restaurandum, tum ad amorem diuinum melius perspicieendum potuit inueniri. Haec id est Parlo Apostolo ita Hebreis scribente: *Decebat Hinc eum, propter quem omnia, & per quem omnia qui mulios in gloriam adduxerat, auctorem suorum eorum per passionem conformari*. Anne *Lxx. 4.* obliiti estis, quid ipse duobus discipulis in Emaus euntibus dixerit in via socius: *Ostulisti, & granum corde nonne hac opportuit Christum pati & ita intrare in gloriam suam?* Bene igitur dicit Caipha *Expedi*. Erat namq; primi delicti grauitas duabus de causis infinita: primo quod aduersus infinitam maiestatem patratum, deinde quod ad infinitos homines eiusdem contagio serperet. Ac proinde requirebatur homo, qui infiniti simul esset roboris, & meriti apud Deum immensis: qui sanguine suo peccatum adeo graue, tamque diuturnum expiaret. Et quoniam inter homines, tam efficax & præclara virtus non reperiatur, nec tanta merita; nihil magis proprium aut cōuenientius, ad diuinæ iustitiae latifaciendum, potuit reperiri, quam ut Dei filius, cuius maiestas infinita est, humanam naturam induendo, Deo pro homine satisfaceret, proq; humano generem mortem oppeteret. Hoc scilicet expediebat; nulla alioquin cœlum ingrediendi via dabatur, ipsa paradisi portæ clausæ semper alioqui manifestent. Ita namq; prædixerat ipse Iesus olim: *Expedi vobis, ut ego vadam*, scilicet ad mortem, & à morte ad inferos, ab inferis ad Patrem. Expediebat vobis, ò Angeli, ut fedes nimirum vestræ replerentur, & pristina ruria restaurarentur; Expediebat & vobis Patres, qui in limbo captivi detinebamus, ut Figura eripi possetis; & vobis in primis ò homines, *Narr. 15.* ut hac ratione obstructum cœli limen subiretis. In quam rem figuram è veteri instrumento producet. Homicida qui ob cædem commissam patria eieclitus erat, prius in patriam redire non poterat, quam summus Pontifex obiisset. Designabat hoc redemptionem nostram; Auditores: non prius enim poterat primus homo, suipius homicidia, paradiſo, patria nimirum sua, extorris factus in patriam reuerti, quā Iesus Christus

Gen. 32.

Ind. 16.

Gen. 22.

2. Reg. 15.

**Caiphas
in hoc cō-
silio pro-
pheta fuit.**

non suscipitis, aut cur saltēm dissoluto concilio, ei non suggesteritis, sibi ut caueat, tanta taliaque in caput illius eudi? Nequaquam,

Expedi ut unus homo moriatur pro populo. Est tamen hic aliquid quod in te laudem ò Caipha: nunquā, mihi crede melius rem acu tetigisti: prophetizas, & verum dicas, nescis tamen. Nam cum plurima Deus media nosset quib. humano generi ob peccatum perditō posset succurrere, Filii tamē sui passionem hic potissimum adhibere vo-

luit, quo nullum aut melius aut conuenientius tum ad naturam humanam restaurandum, tum ad amorem diuinum melius perspicieendum potuit inueniri. Haec id est Parlo Apostolo ita Hebreis scribente: *Decebat Hinc eum, propter quem omnia, & per quem omnia qui mulios in gloriam adduxerat, auctorem suorum eorum per passionem conformari*. Anne *Lxx. 4.* obliiti estis, quid ipse duobus discipulis in Emaus euntibus dixerit in via socius: *Ostulisti, & granum corde nonne hac opportuit Christum pati & ita intrare in gloriam suam?* Bene igitur dicit Caipha *Expedi*. Erat namq; primi delicti grauitas duabus de causis infinita: primo quod aduersus infinitam maiestatem patratum, deinde quod ad infinitos homines eiusdem contagio serperet. Ac proinde requirebatur homo, qui infiniti simul esset roboris, & meriti apud Deum immensis: qui sanguine suo peccatum adeo graue, tamque diuturnum expiaret. Et quoniam inter homines, tam efficax & præclara virtus non reperiatur, nec tanta merita; nihil magis proprium aut cōuenientius, ad diuinæ iustitiae latifaciendum, potuit reperiri, quam ut Dei filius, cuius maiestas infinita est, humanam naturam induendo, Deo pro homine satisfaceret, proq; humano generem mortem oppeteret. Hoc scilicet expediebat; nulla alioquin cœlum ingrediendi via dabatur, ipsa paradisi portæ clausæ semper alioqui manifestent. Ita namq; prædixerat ipse Iesus olim: *Expedi vobis, ut ego vadam*, scilicet ad mortem, & à morte ad inferos, ab inferis ad Patrem. Expediebat vobis, ò Angeli, ut fedes nimirum vestræ replerentur, & pristina ruria restaurarentur; Expediebat & vobis Patres, qui in limbo captivi detinebamus, ut Figura eripi possetis; & vobis in primis ò homines, *Narr. 15.* ut hac ratione obstructum cœli limen subiretis. In quam rem figuram è veteri instrumento producet. Homicida qui ob cædem commissam patria eieclitus erat, prius in patriam redire non poterat, quam summus Pontifex obiisset. Designabat hoc redemptionem nostram; Auditores: non prius enim poterat primus homo, suipius homicidia, paradiſo, patria nimirum sua, extorris factus in patriam reuerti, quā Iesus Christus

SABBATO POST DOM. PASSIONIS.

stus, summus ille Pontifex, expirasset. Expediebat ergo hunc hominem mori.

Et sane expediebat Domine, mi Redemptor, licet viquequaque necessarium fore, te nostri causa mortem oppetere: mille namque tibi alioquin media suppetebant, ad nos redimendos, at nullum hoc ipso commodius aut conuenientius. Expediebat scilicet Domine te mori, vt nobis vitam conferres: descendere, vt nos exaltares; humanam naturam induere, vt nos semideos faceres; passionis tormenta subire, eternam vt nobis beatitudinem & infinitam promerereris. O bonitas infinita, o Redemptor benignissime, quas gratiarum actiones, quas laudes tam immensus amor, vel quamnam potius obsequia, tam ingens, tam singularis, & adeo eximum beneficium promeretur? Nostre, fateor Domine, vires non sufficiunt, labascunt humeri: attamen quidquid in nobis est libenter, meritoque dedicamus & offerimus: cor scilicet ad te amandum, corpus ad te adorandum, animam que te assidue sequatur, quo tibi sincerum in hoc mundo obsequium offerat, exspectans, donec in altero te plene laudare queat. A M E N.

SABBATO POST DOMIN. PASSIONIS.

Partitio.

- I. *Depugna carnis ac spiritus.*
- II. *De Christi passionibus.*
- III. *Declaratione Domini.*

Nunc anima mea turbata est. Ioan. II.

F I G V R A.

^{2. Reg. 19.} **D**avid Rex cum post Absolomi seditionem commotionemque vrbe profugeret, & nudipes & capite aperto, torrentem Cedron transiret, vt in desertum secederet, ingenti cordis dolore tactus intinsecus, vultum in mortorem contraxerat & lachrymas vbertim effundebat. Hodie hanc figuram completam videmus. Verus enim David IESVS CHRISTVS, post cruentam Synagogam Iudaicæ coniurationem, Ierofolymis secedens, tristitiam induit; passionisque torrentem quem transiurus erat, & desertum Caluariæ in quo crucifixus, sibi proponens, aperte declarat animam suam esse turbatam, & variis angustiarum motibus concussam. Sunt hæc Domine puncturae crucis, & præambula passionis tuæ iamiam instantis: neque enim credo te perturbatione animi interiori esse obnoxium. De hac perturbatione hodierna die, modo SS. Pneumatis auxiliu, & D. Virginis interuenient preces, verba faciemus. Quamobrem recitemus singuli:

A V E M A R I A.

Patientiæ illud & tolerantiae speculū Job, ^{I.} humanæ vitæ ærumnas calamitatesque deplorans, merito mihi dixisse visus est: *Vita hominis militia est super terram.* Vix enim natum sumus, quin statim militiæ ascribamur, eidem assuecamus, & nobis quotidie, & ad finem usque vita bellandum sit. Vix etiam quondam Deus cœlos creauerat, quin eos statim Angeli, idque contra cœlorum naturam, violento quodam cursum & impetu abreptos egerint, ne vlo deinde tempore motus ille quieverit, sed ad finem usque mundi permanens sit, & mundo demum finiente finiendus. Quod præfigum est, mortales, vix nos in hunc mundum ingredi, quin statim aliud quoddam Angelorum genus animas nostras inuadat, & violento quodam impetu transuersos rapiat, ab Oriente nempe gratiarum usque in Occidentem peccati impellendo; qui impetus quidam est præter rerum ordinem, & naturæ nostræ penitus repugnans. Quod Apostolus optime expressit, dicens: *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem tantum, sed aduersus mundi rectores.* quasi dicceret: Duo nobis ab ortu nostri exordio Duo bellorum genera instant, & sequuntur quo genera in cumque demum fugerimus: bellum scilicet externum, & ciuile. Motus enim quos nobis

P p p 2 nobis